

Quinta illatio est, quod si quis fiat Jesuita, non solvit vinculum Matrimonii Rati, ut declaravit S. Congregatio Concilii die 26. Aprilis 1621. apud Barbofam in Summa Apostoli. Decifion. Verb. Matrimonium. num. 30. Resat tertia probatio ab Exemplis piorum hominum, ac Mulierum, qui solverunt Matrimonium ratum per Religiosam Professionem: sed ne nimis prolata fit præfens Decifio, de eis agemus in sequenti.

DECISIO XIV.

ARGUMENTUM.

Referuntur Exempla XIV. Virorum, ac desponsatarum Virginum, à quibus per Regularem Professionem soluta fuerunt eorum Matrimonia Rata. Inter hæc illud S. Joannis Apostoli, & Evangelistæ, quem fuisse Sponsum in Nuptiis Canæ Galilææ plenè comprobatur. Uterius illud S. Theclæ, S. Cæciliæ, S. Euphrasie, S. Alexii Confessoris, Theonæ Abbatis, ac aliorum. Circa prædicta Exempla plures recensentur eruditiones, atque doctrinæ, præcipue circa triplicem significationem nominis Religiosis. Ostenditur, SS. Apostolos fuisse verè Religiosos profectos. Sanctimonialia olim solitas fuisse degere tam in cœnobiis, quam in domo paternæ. Exstitisse aliquos Religiosos gyrovagos; & alia jucunda, utilia, ac scitu digna.

SUMMARIUM.

- 1 Exempla Matrimonii Rati per Professionem Regularem soluti.
- 2 S. Joan. Evangelista an fuerit Sponsus Nuptiarum in Cana Galilææ? Quod sic; Rationes, & auctoritates num. 3. Quod non; Rationes, & Auctores. num. 6.
- 4 S. Gertrudis revelatio, quod S. Joannes fuerit Sponsus prædictus?
- 5 S. Gertrudes quo anno obierit?
- 7 S. Simonem Cananeum fuisse Sponsum in Nuptiis Canæ Galilææ.
- 8 S. Joannem Evangelistam fuisse prædictum Sponsum, firmatur.
- 9 Religiosis Vocabulum tria significat, & qua?
- 10 Religio Baptismi, Clericatus, & Professionis Regularis est à Christo.
- 11 Apostoli tria Vota emisissent in manibus Christi, & fuerunt veri Regulares profectos.
- 12 S. Joannes Apostolus professus est Vitam Regularem.
- 13 S. Joannis Apostoli Sponsa quemnam fuerit?
- 14 S. Theclæ sponsus reliquit, & se Christo consecravit.
- 15 S. Theclæ Protomartyr inter feminas fuit.
- 16 S. Theclæ Matrimonium quomodo solutum fuerit?
- 17 S. Cæcilia, est desponsata Valeriano, se consecravit Christo.
- 18 Virgines Deo consecratæ olim alia habitabant in Monasteriis, alie in domo paternæ.
- 19 S. Gregorii Pape Amite tres Sanctimonialia.
- 20 S. Euphrasia Virgo, relicto sponso, fit Monialis.
- 21 Ejus Epistola ad Theodosium Imperatorem.
- 22 S. Alexius, ac Theonæ Abbas Uxores intactas deseruit.
- 23 Religiosi gyrovagi quinam essent?
- 24 Sanctorum quadam facta miranda, non imitanda.
- 25 S. Apollonia se ipsam iniecit in ignem.
- 26 S. Virgo Alexandrina, que sibi caput à Militie abscindere fecit.
- 27 Milites duo Matrimonia sua rata dissolventes.

- 28 Gregoria Virgo Romana, sponso relicto, fit Monialis.
- 29 S. Petrus Eremita sponsam reliquit intactam.
- 30 Berta Abbatisse consimile exemplum: Ac
- 31 S. Sylvestri Episcopi Vifontis.
- 32 S. Aldegundes, fugienti à sponso, ambulat super aquas, & fit Sanctimonialis.
- 33 Joseph Caracciolius fit Clericus Regularis, dimissa Sponsa.
- 34 D. Gaspon Dux Metine Cæli solvit Matrimonium suum ratum per Professionem in Religione S. Joannis Melitenfis.

Quod Professio Religiosa dirimat vinculum Matrimonii rati, & non consummati, non solum probatur auctoritate Canonum, & Ratione, prout in superiori Decifione demonstratum est; sed etiam exemplis, ab initio Ecclesiæ per subsequentia sæcula desumptis, de quibus in præfenti est videndum.

Primum autem horum exemplorum est illud S. Joannis Evangelistæ, quem fuisse Sponsum Nuptiarum in Cana Galilææ, & à Christo Domino ad Religiosam vitam vocatum, sponsam intactam reliquit. plurimi asserunt, inter quos Alexander Papa III. in Concilio Lateranensi III. (Anno Domini 1180. celebrati) Appendice part. 50. cap. 30. hæc habet: *Beatum enim Joannem, & complures alios, ab ipsi etiam sponsalibus ad vitam contemplativam levinus evocatos.* Angelicus quoque Doctor, qui florabat Anno Domini 1265. idem videtur dixisse in 3. 2. quest. 186. art. 4. in resp. ad 1. ibi. *Et idem Petrum, quem (Christus) invenit Matrimonio junctum, non separavit ab uxore, & postea volentem nubere, à nuptiis revocavit.* Scotus verò, qui Anno 1300. docebat, id expresse asseruit in 4. dist. 31. quest. Unic. sub C. his verbis: *Ecclesia nunquam attentest post Matrimonia rata, non consummata, licentiam alterum ad Religionem, altero manente in seculo, nisi Christus hoc instituit.* Habetur autem hoc ex factis Christi vocantis Joannem Apostolum, & Evangelistam ad Apostolum à nuptiis Jo: 2. cuius exemplum imitati sunt Sancti Patres Alexius, Theonæ, & alii. Quibus assertionibus stantibus disputant Sacra Scripturæ expositores, an S. Joannes Evangelista fuerit ipse Sponsus in Nuptiis Canæ Galilææ, ad quas intervenit Christus Dominus, cum discipulis suis, ejusque Sanctissima Matre, ut legitur Jo. 2. 2. & an verè fuerit ipse S. Evangelista Joannes per Christum à nuptiis illis evulsus, & ad Virginealem vitam vocatus?

Plurimi affirmant ex sequentibus rationibus, atque SS. Patrum auctoritatibus. Primò, quia cum in prædictis nuptiis interfuisset non solum Christum, sed etiam Deipara ejus Sanctissima Mater, conveniens est credere, nuptias illas fuisse aliqui Sponsi consanguinei ejusdem Deiparæ. At S. Joannes Evangelista erat filius Zebedæi, ac Pronepos ejusdem Sanctissimæ Virginis Matris Christi. Ergo ipse fuerat Sponsus. Secundò, quia dixerat Christus: *Si quis venit ad me, & non dicit Patrem suum, & matrem, & uxorem &c. non potest meus esse discipulus.* Luc. 14. 26. oportebat igitur, ut hæc doctrinam didicisset, & actu comprobasset aliquis Christi discipulus, eidem sanguine conjunctus. Sed talis erat Evangelista Joannes. Ergo factus sponso, & vocatus à Christo ad virginealem vitam, statim intactam reliquit Uxorem. Tertiò, quia id attestatur S. Hieronymus, ac S. Augustinus in Prologis super Evang. Joan. Primus enim ait: *Joannem de Nuptiis, volentem nubere, vocavit Dominus.* Alter verò idem pariter dicit: *Iste est Joannes, quem Dominus de S. virgine Nuptiarum tempore vocavit.* Eorundem autem Prologorum fidem, & quod habuerint Auctores eosdem SS. DD. Hieronymus, & Augustinum com-

comprobat Barradius tom. 2. in Evang. lib. 3. cap. 1. col. 6. Quartò accedit testimonium Venerabilis Bedæ, qui scribebat Anno 730. ipse enim tom. 7. in Homil. Evangel. Dixit Jesus Petro, *sequere me &c.* hæc ponit: *Tradunt Historie, quod Joannem de nuptiis, volentem nubere Dominus vocavit; & propterea quem à carnali voluptate retraxerat, potiori sui amoris dulcedine donavit.* Quintò concordat Rupertus Abbas, lib. 2. Comment. in Joan. Anno 1110. scribens: *Evangelistam Joannem relicto nuptiis Dominum sequi cepisse arbitramur, ipsius enim istas fuisse nuptias opinio forè omnium est.* Tradunt enim Historie, quod eum de nuptiis volentem Uxorem ducere vocaverit Christus. Sextò, præter testimonia Alexandri Papæ III. S. Thomæ Aquinatis, & Scoti supra relata, hæc assertionem confirmat Lyranus, qui Glossas edidit in Sacram Scripturam Anno 1320. ipse enim Jo. 2. 2. ait: *Dicitur communitè quod iste nuptiis fuerat Joannis Evangelistæ, à quibus eum Christus vocavit ante consummationem Matrimonii.* Ex hoc in Ecclesiâ observatur, quod ante carnalem copulam potest licite aliter conjugium intrare Religionem. Septimò tandem huic opinioni adhærent S. Bonaventura, & Ludolphus in Vita Christi; S. Antoninus in Summa part. 3. art. 1. & part. 1. Hist. tit. 5. Cajetanus in Jo. 1. Sotus in 4. dist. 27. quest. 1. art. 4. Jo. Major, Ekius, Dionysius Carthusianus, & alii, quos citat Barradius, ipsdem inclinans d. tom. 2. lib. 3. cap. 1. col. 6. & seq. quibus novissimè adtipulatur Tirinus Comment. in Jo. cap. 2. Vers. 2. sic declarans: *Vocatus est Jesus (ad nuptias) quia cognatus, vel affinis: nam ut ex plurimis Auctoribus docui in fine Chronici, non improbabile est, Sponsum in his nuptiis fuisse Joannem Evangelistam cognatum Christi.* Verba autem ejusdem Tirini in d. suo Chronico in fin. hæc sunt: *Addit S. Hieronymus, Augustinus, Beda, Alcuinus, Lyranus, Vincentius, &c. nemo veterum refragatur, imò ipse Joannes ita revelavit S. Gertrudi Joannem fuisse sponsum illum in Nuptiis Canæ Galilææ.* In Vita S. Gertrudis Virginis scripta à Joanne Lanpergio Monacho Carthusiano, & Italico Sermone typis impressa Venetiis Anno 1605. lib. 4. Insinuat. Divine Pietatis cap. 4. pag. mibi 264. sic refertur, locum fuisse S. Joannem Evangelistam eidem Virgini Gertrudi, dum in Extasi secum loqueretur: *Io in tutto il tempo della mia vita ripensando sempre con quanta soave, e famigliare amista l'amantissimo Maestro, e Signore mio Gesù Cristo abbia riguardato in me, anzi rimunerato di quella continenza, per la quale lasciando io la moglie, e le nozze, mi diedi à seguirle le sue pedate, mi sono ingegnato in tutte le mie parole, ed in tutti i miei fatti di guardarmi, che mai in conto alcuno nè a me, nè ad altri dessi occasione, per la quale questa Virtù della Castità tanto gradata dal mio Maestro, si potesse mai macchiare.* Eadem revelatio Latino sermone reperitur conscripta in Libro, cuius titulus INSINUATIONES DIVINÆ PIETATIS, in quo Vita, ac Revelationes S. GERTRUDIS continentur, opera, & studio R. F. Laurentii Clementi Monachi Ordinis S. BENEDICTI, Congregationis Hispanica, Typis impresso Salisburgi Anno 1662. In eo enim cap. 4. pag. 413. ita fertur locutus S. Joannes Evangelista eidem S. Gertrudi Virgini: *Ego per omne tempus vite mee frequentius recolens, quam suavi familiaritatis amicitia amantissimus Magister meus, & Dominus JESUS in me respexerit, imò remuneraverit illam continentiam, qua Conjugem relinquens ipsum de Nuptiis sum secutus, postea semper in omnibus verbis, & factis meis hoc studium adhibui, ut diligenter caverem, ne mihi ipsi, vel aliis aliquo modo darem occasionem, unde illa Magistro meo grata Virtus, scilicet Castitas, aliquo modo maculareretur.* Hæc igitur revelatio magnum pondus dat huic opinioni tum ob sanctitatem, tum ob antiquitatem

De Sacram. Matrim.

S. Gertrudis, de qua Eminent. Card. Baronius in Notis ad Martyrolog. Roman. die 17. Martii ait: *Refert Molanus, eam ex hac vita migrasse Anno 664. quod etiam testatur Siebertus in Chronico, & Trithemius de Viris Illustrib. Ord. S. Benedic. lib. 3. cap. 113.*

Contrariam tamen opinionem ferè omnes moderni amplectuntur, commincentes S. Joannem Evangelistam non fuisse Sponsum in illis nuptiis, neque ab eis à Christo avulsam. Primò, quia Christus accessit ad illas Nuptias, ut approbaret Matrimonium, & ad dignitatem Sacramenti elevaret. Sed potius illud reprobasset, si Sponsum à Sponsa divisisset. Ergo. Secundò, quia si vocatio, & separatio illa Sponsi à Sponsa vera extitisset, non lub silentio eam Evangelista occultasset; sed prout de Mattheo deserente telonium, ac de aliis discipulis retia, & navim relinquuntibus, mentionem de ea expressam fecisset. Tertiò, quia Joannes Evangelista videtur vocatus à Christo Domino post conversionem aqua in vinum in nuptiis Canæ Galilææ; tunc scilicet, quando vidit alios duos fratres Jacobum Zebedæum, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo Patre eorum, respicientes retia sua, & vocavit eos. Illi autem statim relicto retibus, & Patre secuti sunt eum. Matth. 4. 21. Quartò, quia ex testimonio S. Augustini habetur, S. Evangelistam Joannem nunquam duxisse Uxorem; ita enim scribit Tert. ult. in Joan. Sunt, qui senserint, & in quidem non contemptibiles Sacri eloquii tractatores, à Christo Joannem Apostolum propterea plus amatum, quod neque Uxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus viserit. Quintò, quia remanet excellentior puritas, & castitas ipsius Evangelistæ Joannis, ob quam fuit à Christo prædilectus, si dicamus, ipsum non solum à Matrimonio abstinuisse, sed ob amorem Virginitatis neque cogitasse de Matrimonio inveniundo, aut de Nuptiis contrahendis. Sextò, quia S. Hieronymus scribens contra Jovinianum, qui præferebat Matrimonium Virginitati, & asserbat, idè primatum Ecclesiæ datum esse Petro Uxorem habenti, non etiam Joanni Virgini; si opinatus esset, S. Joannem fuisse Sponsum in nuptiis Canæ Galilææ, id retulisset contra Jovinianum. Hoc tamen non scribit, sed causam primatum Ecclesiæ in Petro fuisse dixit, maturiore ætate, quæ tenuior erat in Joanne, ut in lib. 1. contra Jovinian. & nihil locutus est de ejus nuptiis. Septimò, quia non videtur adaptabile, quod vocatio Joannis Evangelistæ ad vitam cœlestem, & discessus ejus ab Uxore solvere vinculum Matrimonii rati per ipsum inchoit; cum talis solutio efficiatur per Professionem Religiosam. At illo tempore nulla Regularis vita erat instituta, nullum Monasterium, nullum Cœnobiium, in quo Joannes Apostolus potuerit vitam Regularem profiteri, & solvere Matrimonium ratum. Idcirco ob hæc præcipuum rationem, & alias supra relatas, minus probabile, quod S. Evangelista Joannes fuerit Sponsus in Nuptiis Canæ Galilææ, asserunt Emin. Card. Baronius tom. 1. Annot. ad Annun. Christi 31. Chartagenas tom. 3. de Sacra. Arcan. Mariae, & Joseph lib. 10. Homil. 12. Menochius in Soreis part. 4. centur. 2. cap. 52. Maldonatus, Card. Toletus, Cornelius à Lapide Comment. in Joan. cap. 2. Calvus in Proprium. Evangelic. resolut. 10. Novissimè Sarnellius Episcopus Vigiliatum in Lectionibus Scripturalibus. super Evangelio Lect. 18. cap. 38. num. 4. & P. Bartholomæus Ferrus Clericus Regularis Theatinus in suis Decalib. Historicis Decad. III. Discurs. V. Non me piget hic transcribere verba Cornelii à Lapide Comment. in Jo. 2. ex eis enim facile est hujus opinionis rationes evacuare. Ipse ita scribit: *Dico, Sponsum hic non fuisse Sanctum Joannem: nam Sanctus Joannes semper fuit Virgo, undè nunquam Uxorem ausit.* Et paulo infra: *Verissimè ergo, Baronius sœcitus Nicephorum 7*

E 2 lib. 8.

libr. 8. Hiflor. capit. 30. cenfer, Sponfum in hifce nuptiis fuiffe Simonem Apofolum, qui a Cana hac cognominatus efl Cananeus. Adidque Beronius ex Nicephoro locum hunc nuptiarum in Cana Galilee a S. Helena Conftantini Magni matre, infigni Ecclefia ibidem erecta, fuiffe decoratum, & nobilitatum. Simon ergo, vifio hoc Chrifti in nuptiis fuis miraculo, Sponfe, & mundo valedicens, fecutus efl Chriftum, adeoque in duodecim Apofolorum numerum efl cooptatus; atque hac de caufa Chriftus nuptias eius adiit; atque eas aduendo, nuptias quidem honoravit; fed cum ab illis ad fe euocando, calibatam, & Apofolatam nuptiis prefare declaravit. Hucufque Cornelius a Lapide.

Ceterum eius opinio apud me plaufum non reperit, etfi eam deducat ab Eminentiff. Card. Baronio, qui certe nimis facilis fuit in rejicienda prima opinione, affirmante, Sponfum in ifdem Nuptiis fuiffe S. Joannem Evangeliftam; & in amplectenda hac fecunda, quod fuerit S. Simon Cananeus; fiquidem pro prima fiat S. Hieronymus, ac S. Auguftinus in fupradicto Prologo in Evang. Joan. Stant revelatio S. Gertrudis de Anno 664. Albin Alcuini testimonium Comment. in Joan. qui vivebat Anno 780. & quem allegat Tirinus in Coronico Saero in fine; nec non Venerabilis Bedae eius Magiftri fupra citati; atque Rupertii Abbatis. Stat precipue affertio Alexandri Papae III. S. Thomae de Aquino, Scoti, S. Bonaventurae, aliorumque veterum Sanctorum, ac Theologorum, quorum, (ut ait Tirinus.) nullus primae opinionis refragatur. E contra Card. Baronius pro fecunda opinione adducit Auctorem Nicephorum Gregoriam Hiftoricum Graecum, qui vivebat, & ferebat tantummodo Anno 1330. cujus dicta non videntur praefata fcriptis praedictorum antiquiorum, ac fanctorum Patrum, & Doctorum. Neque ponderofae videntur rationes pro eadem fecunda opinione relatae. Non prima; quia ipemet Cornelius a Lapide fatetur, quod Chriftus eas nuptias aduendo, Nuptias quidem honoravit, fed Sponfum ab illis ad fe euocando, calibatam, & Apofolatam nuptiis prefare declaravit. Non fecunda, quia plurima gefa funt a Chrifto, quae fcripta non fuerunt, & habentur tantum ex traditione, ut alios probavimus. Non tertia; quia non implicat, S. Joannem in Nuptiis fuiffe avulsum a Sponfa, & ad amorem caftitatis attractum; ac paulo post vocatum eflle a Chrifto ad Apofolatam. Non quarta, quia dictum S. Auguftini intelligendum efl de Matrimonio consummato, non autem de rato tantum. Non quinta, quia inire Matrimonium, fed illud non consummare nihil derogat excellentiae Virginitatis, ut in tot Virginitibus, qui cafte femper vixerunt in Matrimonio, de quibus exempla dedimus Decif. II. num. 16. Non fexta, quia S. Hieronymus non egebat hoc argumento, ut convinceret Jovinianum praefentem nuptias Caftitatis. Septima vero ratio, quod tunc non fuiffent instituta Religiones Monaficeae, in quibus Profeflio Regularis ad folvendum Matrimonium ratum emitti poffet, eget explicacione: Ideo fciedum.

Quod Religions vocabulum tribus modis accipitur, videlicet a Baptifmo, a Clericatu, & a Profefione Regulari. Primò accipitur a Baptifmo, nam Ecclefia, quam Chriftus acquifivit fanguine fuo, vocatur Religio, ut dicitur in oracione SS. Apofolorum Petri, & Pauli: Da Ecclefiae tuae eorum in omnibus fequi praecipuum, per quos Religions fumpti exoratum; idest praedicationis Baptifmi, ac Fidei Chriftianae; quilibet enim, qui baptizatur, fit membrum Religions Chriftianae, & vocatur Religiofus, prout appellati funt primi illi homines baptizati ab Apofolis, de quibus dicitur Act. 23. Erant autem in Jerufalem habitantes Iudaei viri religiofi ex omni natione, quae fub caelo efl. Et infra num. 41. Qui ergo receperunt fermonem eius, baptizati funt, & appo-

te funt in die illa anime circiter tria millia. Ideo idem efl Religio quod Chriftianitas; idem Religiofus quod Chriftianus, quia qui baptizatur, ligatur praecipis Religions Chriftianae. Secundo modo accipitur Religio a Clericatu, idest a receptione primae Tonfurae ac Ordinum; nam Tonfuratus, & ordinatus cenferetur transfere de ftatu Laicali ad ftatum Religiofum, & omnis Clericus vocatur Religiofus. capit. Nullus. 118. & ibi Gloffa 1. quaeft. 1. in illis verbis: Quis dubitat, quin religiofus (idest Clericus) Deo fervientibus incutiatur opprobrium. Tertio, nomen Religions accipitur a Profefione Regulari trium votorum, quae fubftantialia vocantur, a qua Profefli nuncupantur Religiofi; & haec tres acceptio- nes conveniunt inter fe, quia unaquaeque earum habet propria praecipua a Religiofo fervanda, fcilicet tam in baptifmate, quam in fufceptione ftatus Clericalis, quem etiam in ingreffu vite Regularis differunt autem inter fe, quia licet Religio Clericus, ac Profeflionis Regularis dependeat a Religione Baptifmatis; nam nullus potest fieri Clericus, vel Regularis Profeflus, qui non fit baptizatus: attamen Clericatus, & Profeflio religiofa non habent fimul connexionem, quia haec flare potest fine illa. cap. Alia caufa efl. 16. qu. 1. & aliae funt obligationes Clericorum Saecularium, aliae autem Regularium, ut omnibus notum efl.

Potro haec tres Religions species, Baptifmatis, Clericatus, & Profeflionis regularis, inftituae funt omnes a Chrifto Domino; efl enim de fide, quod Sacramentum Baptifmi, & Sacramentum Ordinis fit a Chrifto inftitutum, de Profefione autem regulari, ejuftem pariter Chriftum Dominum fuiffe inftitutum late probant Africanus Tamburinus de Jure Abbat. tom. 1. difput. 25. quaeft. 1. numer. 38. Bafiliius Pontius de Matrim. libr. 7. cap. 2. & Bordonus de Profefs. Regular. cap. 1. a num. 8. & feqq. ubi demonftrant, Sanctos Apofolos emiffie tria vota fo- lemnia Religions, Paupertatis, Caftitatis, & Obedientiae in manus eorum Praeceptoris, ac Redemptoris noftri JESU CHRISTI; & per confequens, eofdem fuiffe veros Profeflos Regulares; quod exprefse etiam docet S. Thomas in 4. fent. dift. 38. art. 2. q. 3. ad 3. arg. nec non in 2. 2. qu. 88. art. 4. ad 3. in fine ibi: Apofoli autem intelliguntur voviffe pertinentia ad perfeccionis ftatum, quando Chriftum reliquit omnibus fuis fecuti. Idemque fcripferunt Paludanus, & Richardus in d. diftinct. 38. Praepofitus in can. 1. dift. 44. Card. de Turrecremata 17. q. 1. in Summ. col. 2. Verf. ad rationes. Card. Bellarminus tom. 2. libr. 2. de Monachis cap. 5. Azorius tom. 1. Inftit. Moralium libr. 11. cap. 23. q. 8. Cornelius a Lapide in Aa. Apofol. capit. 5. Verf. 2. Alvarus Pelagius libr. 2. de Planctu Ecclef. capit. 9. Platus de Bono ftat. Relig. cap. 20. & alii plurimi Theologi, atque Canoniftae, quos cumulat ipfe Bafiliius Pontius de Matrim. d. libr. 7. cap. 2. num. 1. Quare cum ab auctoritate tantorum Doctorum habeamus, Sanctos Apofolos fuiffe veros Religiofos in tertia acceptio- ne, idest eos vere fuiffe profeflos tria fubftantialia Vota Religions, Paupertatem, Caftitatem, ac Obedientiam; adaptable efl perfonae S. Joannis Evangeliftae, quod fuerit fponfus in Nuptiis Canae Galilaeae, & quod ejus Matrimonium Ratum, non consummatum, folutum fuerit, quando ingreffus efl Apofolatam, vocatus a Chrifto, quia tunc profef- fus efl vitam Regularem, qua emiffione trium fo- lemnium Votorum; prout ita tenent etiam doctiffi- mus Maltrius in 4. Sent. difput. 7. num. 190. & Emin. Card. de Lauraea d. difp. 16. de Matrim. num. 285. nec non n. 385. Quod fi quis percontetur, quoniam fuerit Sponfus S. Joannis, & quid ipfa egerit post folutum vinculum Matrimonii pro Profefione regula- rem, & a fumptionem ad Apofolatam Sponfi fui? Refpondet Barradius d. tom. 2. in Evang. libr. 3. cap. 1. col. 9.

col. 9. in fin. his verbis: Dei perfecta funt opera. Si igitur uni conjugum caftitatis defiderium inftituit, alteri quoque idem profuffus efl creditus. For- fitan praedicta Sponfa Virginitas Deipara confanguinea fuit, & cum ea Virginitatem coluit. Potuit etiam Matrimonium cum alio inire; nam Matrimonium illius vinculum, nonnulli consummati, Chriftus fuffulit. Haec de primo exemplo S. Joannis Apofoli, & Evangeliftae.

Secundum Exemplum folutionis vinculi Matrimonialis, ob folemne Votum Caftitatis, efl S. Thecla Virginitis, & Martyris; de qua ita fcribit Cornelius a Lapide Comment. in Aa. Apofol. cap. 14. Verf. 1. Nemp: Inter Graecos hic converfos illuftriffi- mus fuit S. Thecla, miris laudibus a Patribus celebra- ta, & nuncupata Apofola, & primogenita S. Pauli. Haec enim deponata juveni nobiliffimo, ditiffi- fimo, & formofiffimo, ut ait S. Epiphanius Heref. 78. auditio Paulo ardentem de Virginitate differente, Spon- fo relicto, ad caftum Chrifti, caelefti Sponfi, thalamum advocavit, eique fe fe voto Virginitatis fcravit; adeoque a Matre, & Sponfo acculata, plurima, & maxima tormentorum genera confanter fubiit, ac il- lefa fuperavit. Praeter S. Epiphanius testimonium, extat & illud S. Ambrofii, qui libr. 2. de Virginit. fic de S. Thecla loquitur: Thecla doceat immolari, quae copulam fugiens nuptiarum, & Sponfi furore damna- ta, naturam etiam beftiarum veneratione Virginitatis mutavit: namque parata ad feras, cum afpectus quo- que declinaret Virorum, ac vitula ipfa fevo offerret Leoni, fecit, ut qui impudicos detulerant oculos, pu- dicos rejcerent. Cerneret erat lingentes pedes beftiam, cubitare humi, muto refiftente fono, quod Sacrum Virginitatis corpus violare non poffet. De eadem Sancta etiam S. Gregorius Nazianzenus in Praecept. ad Vir- gines fic cecinit:

Quis Theclam necis eripuit, flammaeque periclo? Quis validos unguis vinxit, rabieque ferarum? Virginitas. O res omni mirabilis! evo!

Virginitas fufus potuit fopire Leones. Ac in laudem ejuftem Sanctae Virginitis fubdit Cor- nelius a Lapide, ubi fupra: Quocirca ab Ifidoro Pe- lahota Epifc. ad Tarafum, & ab alii, Thecla voca- tur Protomartyr, eo quod inter feminas prima pro Chrifto in theatrum defcenderit, impietatem per tor- menta proftraverit, & triumphum fidei, ac Virgini- tatis egerit. Porro quomodo S. Thecla folverit vin- culum fui Matrimonii Rati, antea iniri cum Spon- fo fuo, duplíciter explicari potest: uno modo, quod ejus Sponfus obtinatus remaneret in infidelitate, imò fuerit acerrimus accufator apud Iudicem, quod S. Thecla ejus Sponfa efllet Chriftiana, & infete- rit, diris tormentis eam cruciari; quae Sponfi atren- ta infidelitate, folutum cenferetur praedictum vinculum Matrimoniale juxta ea, quae fupra tradidimus De- cif. XI. num. 14. Altero modo, quod S. Thecla emif- ferit tria vota fubftantialia Religions in manu Di- vi Pauli Apofoli; & fic liberata fuerit a Matrimo- nii vinculo; fiquidem omnes Sancti Apofoli propa- gantem vitam Regularem, tam in Viris, quam in Mulieribus; nam plurimi, ob amorem Chrifti, & Evangelicam perfeccionem profitebantur Paupertatem, Caftitatem, ac Obedientiam in manibus eorundem Apofolorum, & fubinde aliorum Antifti- tum, qui in eorum locum fuccederunt, ut fufius comprobat Bordonus de Profefs. Regular. cap. 1. nu- mer. 20. & 21.

Tertium Exemplum efl S. Caeciliae Virginitis, & Martyris Romae viventis Tempore S. Urbani Papae primi, Anno Chrifti 232. de qua fic legitur in Bre- viario Romano Lett. 4. Caecilia Virgo Romana, nobilis genere nata, a prima etate Chriftianae fidei praecipis inftituta, Virginitatem fuam vovit. Sed cum poftca contra fuam voluntatem data efllet in Matrimonium Valeriano; prima nuptiarum nocte hunc cum eo fer- De Sacram. Matrim.

monem habuit: Ego, Valeriane, in Angeli tutela fum, qui Virginitatem meam cuftodit; quare ne quid in me committas, quo tra Dei in te concitetur. Quibus ver- bis commotus Valerianus, illam attingere non efl au- fus. Subinde accentus defiderio videndi Angelum, accessit ad S. Urbanum Papam, quod inftitutus in fide, ac baptizatus, Angelum videre meruit custo- dientem Sponfam fuam; & paulo post, una cum Tiburtio fratre fuo, Martyrii palmam obtinuit. Igitur ex hoc S. Caeciliae exemplo antiqui DD. in- ferebant, folvi Matrimonium Ratum per folemne Votum Caftitatis. At hoc exemplum non placet E- minentiff. Cardin. de Lauraea d. difp. 16. de Ma- trim. num. 285. ubi ait, vel votum illud Caftitatis erat Votum fimplex? & hoc fic non dirimit, fi praecedat, Matrimonium contrahendum; multò mi- nus, fi post contractum emittatur, folvere potest Matrimonium Ratum. Quod fi folemne Votum eflle dicamus? non conflat de ingreffu in Monafterium, ac in Religionem, ubi emitti debet, ut Matrimo- nium Ratum folvat; unde Eminentiffa via fubdit: Alii adducunt alia exempla de S. Thecla, & de S. Caecilia: fed mihi videtur, haec exempla non face- re pro nobis.

Nihilominus fufineri potest ea facere pro nobis, dicendo, eorumdem S. S. Virginitum Vota Caftita- tis fuiffe folemnna, emiffa in manu Pontificis, feu Praelati; quae fi praecedunt Matrimonium, habent vim illud dirimendi; fi autem post illud Ratum, non consummatum emittuntur, ejus vinculum fol- vunt: Nec amaritudinem facere debet, quod praedi- ctae Sanctae Virgines, aliaeque fic Deo devotae, non legantur in Monasterio conftituae; nam in primis Ecclefiae faeculis duo erant genera Virginitum, pro fo- lemne Votum Caftitatis Deo devotarum: Unum earum, quae debebant in Monasteriis, aliud illarum, quae remanebant in paterna domo; ut advertunt Gi- ballinus De Clafula Regular. Difpofit. 1. cap. 1. nu- mer. 3. & Cabafutius in Notitia Concilior. in Synopsi Saecul. II. Difsert. 3. num. 4. ubi fic fcribit: Vir- ginitum Deo palam dedicatarum duo diftinguebantur ge- nera: quaedam enim in parentum aedibus cum ipfi verfabantur, cujufmodi fuerunt Sanctae Marcella, Euflochia, Principia, Demetrias. Aliae in Monasterio- rum feptis religiofam vitam, a perfonis faecularibus fojunctae, agebant. Concordat Giballinus d. num. 3. his verbis: Virgines, quae domi fuae alebantur, fub parentum erant cuftodia; a qua ubi difcedebant, com- mendabantur ab Epifcopo gravioribus feminis, aut Monasteriis includebantur, ex quibus non poterant pro- libito exire. Et citat can. 44. Concil. Carthagini. III. ita in utroque cafu ftatuentis. Itaque stare potest, quod S. Caecilia, prout etiam S. Thecla habitarent in domo paterna; quamvis jam eflent confecratae Deo per folemne Caftitatis Votum, potens dirimere fubfequens Matrimonium: vel antea contractum, Ratum tantummodo, & non consummatum, folve- re. De his fubdit idem Cabafutius eod. num. 4. aliud exemplum, ita dicens: Quod autem fpeitat ad eas Virgines, quae proprias parentum aedes incolebant, il- lufre praebet exemplum tres Sancti Gregorii primi Pontificis Amicae, invicem Sorores, Tariffa, Emilia- na, & Gorgonia, Virginitatis voto Deo confecratae, 19 de quibus ita idem S. Gregorius haec teftatur (Homil. 8. in Evangel.) Uno omnes ardore converfae, uno eodemque tempore faeratae funt, fub diftinctione Regulari degentes, in dono propria foletem vitam ducebant.

Quartum Exemplum efl illud S. Euphrafiae Vir- ginitis, quam genuit Antigonus Senator Conftantinopo- litanus ditiffimus, ac piffimus fimmil, tempore Theo- dofi Imperatoris, cujus erat gratiffimus Confiliarium Anno Chrifti 390. Vix annum quintum Euphrafia ex- pleverat, cum Antigonus Pater ejus ceffit e vita; 20 ac paulo post, Imperatore poftulante, data fuit in

Matrimonium alteri Senatori, Sponsæ pulchritudinem, ac divitiis simul concupiscenti. At Euphrasia Mater Lectissima, ac Sanctissima mulier, cum cognovisset à quodam potente castitatis suæ viduali indignis parari, clam secessit cum filiola Euphrasia in Ægyptum, ubi amplissimas retinebat possessiones. Ibi colere, ac frequentare cepit Monasterium Sanctimonialium, Deo exactissimè inservientium, quibus filiam Euphrasiam educandam dedit, & ab ipsa ad amorem Sponsi cælestis, ac æternæ beatitudinis accensa, Vitam Religiosam elegit; & duodennis tria solemnia Religionis Vota, Paupertatis scilicet, Castitatis, & Obedientiæ emisit; ut scribit Laurentius Surius tom. 2. die 2. Martii in eius Vita, virtutibus, ac miraculis plena; in qua subdit, Imperatorem Theodosium ad eam misisse Litteras ad hoc, ut Matrimonium per verba de futuro jam contractum, absque mora adu completeret; cui Euphrasia ita rescripsit: *Domine Imperator. Ita ne judes ancille tuæ, ut repudiata Christo, homini corruptibili, & quem paulo post vermes edent, conjugar? Absit tanta pervertitas ab ancilla tua. Oro igitur, Domine Imperator, ne Tibi deinceps Vir ille hæc de re mihi molestus sit; ego enim me Christo devovi, & fieri non potest, ut illum abnegem. Precor autem Imperium tuum, ut si memor Parentum meorum, mensque opes, ac facultates dispenfes in pauperes, & Christi Ecclesiæ, Servos vero omnes manumittas, & Patris mei ascribis præcipe, ut debitum omne remittant agricolis iam inde ab obitu Patris mei usque in presentem, ut sine sollicitudine possint servire Christo, cui me totam commisi. Imperator tantam virtutem admiratus, ac veneratus, dictis Euphrasie acquievit. Itaque hæc Virgo per Regularem professionem solvit Matrimonium antea contractum, etsi per verba tantum de futuro, cum esset quinquennis, prout illis temporibus erat in usu.*

Quintum, & Sextum Exemplum, à Scoto in 4. Sent. d. qu. 31. sub lit. C. relatum, est S. Alexii Confessoris, nobilis Romani; nec non eujusdam Theonæ Abbatis. De Sancto Alexio hæc ponit Breviarium Romanum die 17. Julii. *Alexius Romanorum nobilissimus, propter eximium Jesu Christi amorem, prima nocte Nuptiarum, peculiari Dei monitu, relinquens intactam Sponsam, illustrium orbis terræ Ecclesiarum peregrinationem suscepit. Idque fecit Anno Domini 410. circiter, cum esset Pontifex Romanus Innocentius Primus; Imperator autem Honorius. De Theona Abbate scribit Io. Cassianus col. lat. 21. cap. 9. (cujus verba refert Emmanuel Gonzalez in cap. 1. De Conjug. Conjugator. num. 3.) quod dimissa Uxore, etiam invita, & ea reluctante, ad eremum, & Monachatum se contulit, ubi (sunt verba Cassiani) in brevi tanto splendore sanctitatis, & humilitatis evituit, ut beato memorie Joanne ad Dominum ex hac luce migrante, sancto quoque Helia viro, qui hæud minor deessore suo fuit, similiter decedente, tertius Theonas universorum prælectus iudicio, in Diaconie eius dispensatione successerit. De his duobus exemplis congruentius dicendum videtur, ea non facere pro nobis; non illud S. Alexii, nam non continet, quod professus sit vitam Regularem in aliquo Monasterio, nec quod ejus Uxor alii nupsit, quæ imò semper permansit in domo ejusdem S. Alexii, cum genitoribus ejus, ut ex Metaphrasæ notat Surius in eius vita die 17. Julii. Exemplum vero Theonæ Abbatis ad rem non facit, quia ex narrativa Cassiani, & Gonzalez ubi supra, deprehenditur, eum fuisse quinquennio cum Uxore, & per consequens Matrimonium cum illa consummasse, ac de Jure ea invita non potuisse ad Religionem transire. cap. Agathosa. cap. Si quis conjugatus. 27. q. 2. cap. Si dicat Vir. cap. Notificasti. & cap. Mulier. 23. q. 5. Nisi dicamus, S. Alexium factum fuisse Religiosum de numero eorum, quibus*

loco cenobii assignabatur peregrinatio; unde vocabantur gyrovagi, de quibus differit Giballinus de 23. Clausura Regular. disput. 3. cap. 1. §. 3. num. 9. Abbatem vero Theonam fuisse cum Uxore in Matrimonio rato; non autem consummatum. Quidquid sit, dicere oportet gesta prædictorum Servorum Dei fuisse miranda, non imitanda, ut respondet Gonzalez in d. cap. 1. De Conjug. num. 6. his verbis: *Supponere oportet in eis peculiarem aliquam Divinam inspirationem intervenisse, vel impellentem ipsos ad sic faciendum, vel adu ipsam comprobantem; idque præter ordinem, & legem; ut haberemus, quod mireremur, non quod imitaremur.* Sic S. Apollonia Virgo, & Martyr, comprehensa ut combureretur, cum paulisper, quasi deliberaus quid agendum esset, stetit, ex illorum manibus elapsa, alacris in ignem sibi paratum, majori Spiritu sancti flamma intus accensa, se iniecit, ut legitur in Breviario Romano die 9. Februarii; opus mirandum, non imitandum. Consimile admiratione dignum fuit factum Virginis illius Alexandrinae, de qua P. Stephanus Binetti Societ. Jesu in Praxi Divini Amoris cap. 28. Exempl. 11. ipsa enim ne stupraretur à milite, finxit, se ei daturam oleum præservans ab omni vulnere; quo collum suum unxit, dicens militi, experire; enst tu percuta tota vi collum meum. Creditus miles ita fecit; abscidit unico idu caput Virginis, quæ ob amorem Christi vitam perdidit, ut Virginitatem servaret.

Septimum Exemplum est aliorum duorum militum, de quibus resatur Divus Augustinus lib. 8. Confession. cap. 6. quod lecta per eos S. Antonii Abbatis vita, relicti Sponsis ad Monasticam vitam evolarunt, & vota solemnia Religionis professi fuerunt; vincula suorum Matrimoniorum nondum consummatorum dissolventes.

Octavum Exemplum est Gregorie Virginis Romanæ, de qua narrat S. Gregorius Papa, Dialog. lib. 3. cap. 14. eam spretis nuptiis jam sibi constitutis, ad Monasterium Monialium confugisse, atque in eo Regularem vitam esse professam.

Nonnum exemplum est S. Petri Eremitæ Hispani, de quo Bollandus die 11. Martii, & eadem die Hieronymus à Basilica Petri in Episcopocid. Sacris narrat, quod, ad imitationem S. Alexii, prima nuptiarum nocte Sponsam intactam reliquit, ac in Italiam ex Hispania veniens, secessit in speluncam intra Verulanam Diocesim, in qua austeram vitam duxit, ac miraculis claruit.

Decimum Exemplum est Bertæ Abbatissæ in Diocesi Rhemeni, quæ post Matrimonium ratum cum Gundeberto Viro nobili Sponso suo, Monasterium ædificavit, & in illo tria vota Religionis emisit, ac se à Vinculo maritali solvit; ut fufius scribunt Bollandus, ac Hieron. à Basilica Petri in Actis Sanctor. Calend. Maji.

Undecimum Exemplum est S. Silvestri Episcopi Vifonti, Urbis Burgundicæ, vulgò Besanconie, qui cum inisset Matrimonium per verba de præfenti, Sponsa consentiente, Vitam Religiosam professus est, sic attestantibus ipsidem Bolando, & à Basilica Petri die 10. Maji.

Duodecimum delimitur Exemplum à S. Aldegunde Virginæ, de qua Bagatta in Admirand. Orbi. Christ. tom. 2. lib. 5. cap. 4. §. 11. num. 5. hæc ponit: *Ugebatur à Parentibus nobilissimis, ut nubere Princeps Anglie Regis filio. Dies nuptiarum iam decreta erat, ipsa licet dissentiente. Ea nocte, qua adventabat Princeps, & domo paterna sese surripit, in sinum Matris suæ nuptiarum perrexit, ut ibi lateat. Queritur puella à domesticis, queritur & à Sponso. Prescio notis se tutam arbitratur, at illo insequente deprehenditur in angustiis, Sanguis fuso ulteriore gressum prohibente. Quid ageret? Tumultum ad se adventantium equitum inaudit; nec tam Sponsum*

existimat, quàm Virginitatis hostem advenire. Rem igitur tacita oratione Deo commendat, & magna in eum facta fiducia, super liquidum, & impermeabile elementum gradum sibi solidum, epulantibus duabus, destra, levaque Angelis. Sic evadit incoluntis, spestante Sponso, qui Divinum admiratur miraculum, plenus supore, ab incepto delibenti retrogreditur. Accessit ipsa deinde ad Monasterium Alimontense, & in eo inter Moniales professas admittit, sanctitate vitæ, ac miraculis claruit.

Decimumtertium exhibet Exemplum Sylos in Historia Clericor. Regular. tom. 2. lib. 4. Anno 1606. narrans, Ven. Josephum Caracciolum, dum in securo degeret, & Isabella Caracciola, formosissimæ thorum conjugale castimonia confervasse, mutuo consenti Religionem ingressum per solemnia vota se, ac Sponsam suam à nexu Matrimoniali liberasse.

Decimumquartum, & ultimum Exemplum suggerit Glossa in addit. ab Henrico in Summ. lib. 11. cap. 8. n. 6. lit. E. ubi cum dixisset, Matrimonium ratum solvi per professionem regularem etiam in Religione Militari S. Joannis Equitum Melitensium, subdit: *Sic in praxi Don Gaspar Dux Morina Celi, suscepta hujus Ordinis professione, liberatus est à Matrimonio cum sapientium consultatione. Idem repetit Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 18. num. 8. Si quis ulteriora desiderat exemplum dissoluti Matrimonii rati per Regularem professionem, legat Emin. Card. Bellarminum tom. 1. lib. 2. de Monachis cap. 38. & Empenceum lib. 6. de Vota continentia cap. 4. Supra scripta enim nobis sufficiunt.*

DECISIO XV.

ARGUMENTUM.

Disputatur gravissima illa Quæstio, Utrum Papa habeat potestatem dispensandi, & dissolvendi Matrimonium ratum, nondum consummatum? Pro negativa (quæ rejicitur) adducuntur rationes decem, ac Doctores plures eam tenentes. Pro affirmativa aliæ magis ponderosæ rationes allegantur, ac exempla plurima referuntur dispensationum à Summis Pontificibus per sexcentos continuos annos pro dissolvendis Matrimonii ratis concessarum. Causam tamen justam esse necessariam ostenditur; & quæ sint justæ causæ, demonstratur. Multæ eruditionis perpulchræ inferuntur; & alia dubia, hanc Quæstionem concernentia, elucidantur.

SUMMARIUM.

1. Papa an possit dissolvere Matrimonium ratum, non consummatum? Quod non. Rationes. n. 2. Quid sit num. 13.
2. Papa non potest dissolvere Matrimonium consummatum.
3. Papa non valet impedire effectus Sacramentorum.
4. Matrimonii bona tria. Et quæ?
5. Principes Laici non possunt Matrimonii rata dissolvere.
6. Servus ordinatus nesciente Domino deponitur.
7. Jus suum nemini est auferendum.
8. Morbus superveniens non solvit Matrimonium.
9. Heresi mariti non solvit Matrimonium ratum.
10. Episcopus an possit in sua Diocesi quidquid Papa in toto mundo, nisi prohibeatur?
11. Prescio tonentes, quod Papa non potest dispensare in Matrimonio rato. Item Thomista, & Canonista.
12. De Sacram. Matrim.

13. Papa habet plenissimam potestatem pro bona regimine Ecclesiæ.
14. Plus aui licet, etiam minus licere debet.
15. Papa dissolvere potest ratum solemnem Castitatis, & Religionis.
16. Exempla Religiosorum, quorum Vota solemnia fuerunt dispensata.
17. Nicolaus Justinianus Monachus Casinensis Uxorem duxit.
18. Anna filia Ducis Venetiarum nupsit dicto Monacho Justiniano.
19. Argumentum de facto ad potentiam valet.
20. Exempla Matrimoniorum ratorum per Papam dissolutorum.
21. S. Anton. Archiep. Florentin. quo anno solvit?
22. Navarri doctrinæ de Matrimonii ratis solutis per Papam.
23. Navarri Virtus, ac pietas laudata. Quo anno obierit?
24. Doctores legenti magis credendum, quàm consulerenti. Et cur?
25. Cardinalis Cajetani laus, ejus Vitæ, ac mortis tempus.
26. Cardinalium testimonio, etiam sine juramento, credendum.
27. Henrici Henriquez dictum de solutione Matrimoniorum ratorum.
28. Ejus laudes, Vitæ bonitas, summa sapientia, & obitus.
29. Jo. Valeri attestatio de Matrimonii ratis dissolutis per Papam.
30. Causilla Guarientiæ Nob. Veronenfis Matrimonium ratum solutum.
31. Jacobus Menochius Publicus Legum Professor Paduæ Laudatus.
32. Rota Romana testimonium, quod Matrimonia rata dissolvi possunt.
33. Burgi Urbis, vulgò Burgos est in Hispania.
34. Prosper Fagnanus caput esse Secretarius S. Congr. Concilii Anno 1613.
35. Urbani VIII. Littera dispensationis super Matrimonio rato.
36. Pontificarius Major an dispense in Matrimonii ratis occultis?
37. Papa habet omnia jura in serinio pectoris, & est Fidei regula.
38. Doctores, qui tenent Papam in rato Matrimonio posse dispensare.
39. Resolutio rationum, quibus videbatur Matrimonium ratum insolubile.
40. Scoti bene declaratus à Maffrio.
41. Doctorum minor numerus à majori enervatur.
42. Papa judicio standum est contra Doctores.
43. Causæ duodecim, ob quas Papa potest solvere Matrimonium ratum.
44. Cupido cur cæcus, & oculis vitæ operis pingatur?
45. Morbus Gallicus quando sit contagiosus?
46. Ratum Matrimonium prætor impedit, ac dirimit secundum quantum consummatum.
47. Sponsorum solus consensus mutui non sufficit pro dissolvendo Matrimonio rato.
48. Matrimonium ratum an solvi possit à Papa absque urgenti causa?
49. Pontifex, qui recusat dissolvere Matrimonium ratum.
50. Papa an per Legum generalem possit Matrimonia rata solvere.
51. Consensus utriusque conjugis an sit necessarius pro dissolvendo Matrimonio rato?

Vidimus hucusque de primo casu, in quo solvitur vinculum Matrimonii Rati per Religiosam Professionem; nunc agendum est de secundo casu, per quem solvi potest ipsum Matrimonium, quem in Decif. X.